



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio CXII. De iactantia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

quod est peccatum mortale. Nullus enim totaliter F
 priuatur sanctitate, nisi p peccatum mortale. Si aut
 dicatur hypocrita ille, qui intendit simulare sanctita
 tem, a qua deficit per peccatu mortale, tunc quam
 uis sit in peccato mortali, ex quo priuatur sanctitate,
 non tamen semper ipsa simulatio est ei peccatu mor
 tale, sed quandoque veniale: quod discernendum est
 ex fine, qui si repugnat charitati Dei, vel proximi, erit
 peccatum mortale, puta, cu simulat sanctitatem, vt
 falsam doctrinam disseminet, uel ut adipiscatur ec
 clesiasticam dignitatem indignus, uel quocumq; alia
 temporalia bona, in quibus finem constituit. Si vero
 finis intentus non repugnet charitati, erit peccatum
 veniale, puta, cum aliquis in ipsa fictione delectatur,
 de quo dicitur 4. Ethico. * q magis videtur vanus,
 quam malus: eadem enim ratio est de mendacio, &
 simulatione. Contingit tamen quandoq; q aliquis
 simulat perfectionem sanctitatis, qua non est de salu
 tis necessitate: & talis simulatio nec semper est
 peccatum mortale, nec semper est cum peccato
 mortali. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

Lib. 4. c. 7. a
 medio.

QVAESTIO CXII

Super Quaesio. cen
 tesima duodecima
 articulum primum.

De Iactantia, in duos articulos
 diuisa.

IN art. 1. q. 112. no
 ta duo. Primum q iac
 tantia, licet quo ad
 uocabuli usum dica
 tur etiam de ostenta
 tione ueri supra opi
 nionem, seu cognitio
 nem aliorum, ut de
 Assuero dicitur: tamen
 secundum re, prout
 est nomen uitij ex
 suo genere (sic enim
 tantum proprie sumi
 tur) non dicitur nisi
 de opposito ueritatis
 per modum excessus:
 quoniam sic tantum
 est nomen uitij ex
 suo genere. Ostenta
 tio namque ueri su
 pra cognitione alio
 rum, non est mala ex
 suo genere, sed quan
 doque bona, iuxta ne
 cessitatem, aut utilita
 tem exigentem hmoi
 manifestationem: &
 quandoque mala p p
 malum, aut uanum fi
 nem. Et propterea in
 calce corporis art. co
 cluditur, q iactantia
 proprie dicta oppo
 nitur ueritati per mo
 dum excessus: & sic
 de iactantia est in li
 ra reliquus sermo. Se
 cundo, q ex respon
 sione ad secundum
 dicas & discernere,
 & proprie loqui. Na
 species superbiae no
 iactantia, sed arrogan
 tia intus est, qua fre
 quenter causa est iac
 tantiae, quae species
 est mendacij: & quo
 niam se habet ut ca,
 & effectus: io unu po
 ni inuenitur pro alio.

Lib. 1. Mor.
 & citatur a
 Magis lib. 2.
 dist. 41. Et
 lib. 23. c. 7.
 circa prin.

POSTEA consideran
 dum est de iactantia,
 & ironia, quae sunt par
 tes mendacij secun
 dum Philosoph. in 4.
 Ethic.

PRIMO autem circa iactan
 tiam quaeruntur
 duo.

PRIMO, Cui uirtuti opponatur.
 SECUNDO, Vtrum sit peccatum
 mortale.

ARTICVLVS I.

Vtrum iactantia opponatur vir
 tuti ueritatis.

AD PRIMVM sic proceditur.
 Videtur quod iactantia non
 opponatur uirtuti ueritatis. Veri
 tati enim opponitur mendaciu:
 sed quandoque potest esse iactan
 tia etiam sine mendacio, sicut cu
 aliquis suam excellentiam ostentat.
 dicitur enim Hester 1. quod Af
 suerus fecit grande conuiuui, vt
 ostenderet diuitias gloriae suae, ac
 regni sui, ac magnitudinem, atq;
 iactantiam potentiae suae, ergo iac
 tantia non opponitur uirtuti ue
 ritatis.

¶ 2 Praet. Iactantia ponitur a Grego
 r. * 21. Moral. una de quatuor
 speciebus superbiae, cum scilicet
 quis iactat se habere, quod non ha
 bet. unde dicitur Hierem. 48. Audi
 uimus superbiam Moab, super
 bus est ualde. sublimitatem eius,
 & arrogantiam, & superbiam, &

latitudinem cordis eius ego iacta
 tiam eius eo quod non sit iuxta
 31. * Moral. Gregor. dicit, quod
 inani gloria: superbia autem, & tan
 nuntur uirtuti humilitatis, ergo
 nitur ueritati, sed humilitati.
 ¶ 3 Praet. Iactantia ex diuitijs cau
 ditur Sapien. 5. Quid nobis per
 uitiarum iactantia quid contumel
 tas diuitiarum uidetur pertinere do
 ctiae, quod opponitur iustitiae, uel
 go iactantia opponitur ueritati.

SED CONTRA est, quod
 cundo, & quarto Ethico. * iactan
 ritati.

RESPON. Dicendum, quod iactan
 tiam uidetur quod homo uirtuti
 enim, quae uult homo longeuu
 Tunc autem proprie aliquis se
 se supra se aliquid dicit: quod qu
 pliciter. Quandoque enim aliq
 non quidem supra id, quod in se
 de eo homines opinantur, quod
 cit 2. ad Corinth. 12. Parco ne
 pra id, quod uidet in me, aut
 Alio modo, aliquis per uerba
 se supra id, quod in se est, sicut
 quia magis est aliquid indicandum
 in se est, quam secundum quod
 rum, inde est, quod magis proprie
 quando aliquis effert se supra id,
 quado effert se supra id, quod
 rum, quamuis utroque modo
 Et ideo iactantia proprie dicta
 per modum excessus.

AD PRIMVM ergo dicitur
 procedit de iactantia, secundum
 nionem.

AD 1. dicendum, quod iactantia
 siderari potest dupliciter. Vno
 ciem actus: & sic opponitur u
 Alio modo, secundum causam
 semper, tamen frequentius acci
 quidem ex superbia, sicut ex cau
 & impellente. Ex hoc enim qu
 arrogantiam supra scriptum
 rumque, quod d extensus man
 licet quandoque non ex arrog
 uanitate aliquis ad iactantiam
 lectetur, quia talis est secundum
 rogantia, per quam aliquis supra
 est species superbiae, non tantum
 sed, vt frequentius, eius causa
 iactantiam ponit inter superbiae
 iactor plerumque ad hoc, quod
 tur per suam iactantiam: & u
 gor. * exinani gloria ostentat
 nis.

AD 3. dicendum, quod iactan
 tiam causat dupliciter. Vno
 in quantum de diuitijs aliquis
 ter Proverb. & opes dicuntur
 per modum finis, quia vt iactat
 scipos iactant non solum pro
 propter lucrum, qui de lucro
 lucrari possunt, puta, quod
 tes, uel diuini.

Super Questionis centesimae decime Articulum secundum.

Articulo secundo eiusdem quaest. 112. collige primo quinque casus, in quibus iactantia est mortale peccatum. Primus, quando iactator de se profert id quod est contra charitatem Dei, ut de re Tyrj dicitur. Secum...

ARTICVLVS II.

Primum iactantia sit peccatum mortale.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur qd iactantia sit peccatum mortale. Dicitur enim Prou. 28. Qui se iactat, & dilatat, iurgia concitat: sed concitare iurgia est peccatum mortale. detestatur .n. Deus eos, qui seminant discordias, ut habetur Prou. 6. ergo iactantia est peccatum mortale.

¶ 2 Præter. Omne quod prohibetur in lege Dei, est peccatum mortale: sed super illud Eccle. 6. Non te extollas in cogitatione animæ tuæ, dicit gl. iactantiam, & superbiam prohibet. ergo iactantia est peccatum mortale.

¶ 3 Præter. Iactantia est mendacium quoddam: non est autem mendacium officiosum, uel iocosum, quod patet ex fine mendacij, quia ut Philo. dicit in 4. Ethic. iactator fingit de se maiora existentibus, qnq; nullius gratia, quandoq; gratia gloriæ, uel honoris, quandoque autem gratia argenti, & sic patet, qd neq; est mendacium iocosum, neq; officiosum. Vnde relinquitur, quod d semper sit perniciosum. videtur ergo quod semper sit peccatum mortale.

SED CONTRA est, qd iactantia oritur ex inani gloria, secundum Grego. 31. moralium: sed inanis gloria non semper est peccatum mortale, sed quandoque veniale, quod vitare est valde perfectorum. Dicit enim Greg. qd valde est perfectorum sic ex ostēso opere, authoris gloriam quaerere, ut de illata laude priuata nesciant iexultatione gaudere. ergo iactantia non semper est peccatum mortale.

RESPON. Dicendum, qd sicut supra dictum est, peccatum mortale est, quod charitati cōtrariatur. Dupliciter ergo iactantia considerari potest. Vno modo, secundum se, prout est mendacium quoddam: & sic quandoque est peccatum mortale quandoq; veniale. Mortale quidem, quando aliquis iactanter de se profert, quod est contra gloriam Dei: sicut ex persona regis Tyrj dicitur Ezech. 28. Eleuatum est cor tuum, & dixisti, Deus ego sum. Vel etiam contra charitatem proximi: sicut cum aliquis iactando seipsum, prorum-

A hæc in licera prætermittuntur. In qua etiam prætermittitur, cum quis iactat se de malo, quod non fecit: quoniam iactantia opposita ueritati per excessum plus dicit de bono, non de malo. Nam dicere plus de malo spectat ad ironiam, quæ dicit minus de bono. Eiusdem namque rationis est dicere minus boni, & plus mali; quoniam minus bonum mali rationem habet.

pit in contumelias aliorum, sicut habetur Luc. 18. de Phariseo, qui dicebat. Non sum sicut ceteri hominum, raptores, iniusti, adulteri, uelut etiam hic Publicanus. Quandoque uero est peccatum veniale, quando scilicet aliquis de se talia iactat, quæ neq; sunt contra Deum, neq; contra proximum. Alio modo, potest considerari secundum suam causam, scilicet superbiam, uel appetitum lucri, aut inanis gloriæ. Et sic si procedat ex superbia, uel inani gloria, quæ sit peccatum mortale, etiam in iactantia erit peccatum mortale: alioquin erit peccatum veniale. Sed quandoque aliquis prorumpit in iactantiam propter appetitum lucri: & hoc uidetur iam pertinere ad proximi deceptionem, & damnum. Et ideo talis iactantia magis est peccatum mortale. Vnde & Phil. dicit in 4. Ethic. quod turpius est, qui se iactat causa lucri, quam qui se iactat causa gloriæ, uel honoris. Non tamen semper est peccatum mortale: quia potest esse tale lucrum, ex quo alius non damnificatur.

AD PRIMUM ergo dicendum, qd ille q iactat se ad hoc, q iurgia concitet, peccat mortaliter: sed qnq; contingit, q iactantia est cã iurgiorum non per se, sed per accidens. Vnde ex hoc iactantia non est peccatum mortale.

AD II. dicendum, qd glo. illa loquitur de iactantia, secundum qd procedit ex superbia prohibita, quæ est peccatum mortale.

AD III. dicendum, qd non semper iactantia importat mendacium perniciosum, sed solum quando est contra charitatem Dei, aut proximi, aut secundum se, aut secundum suam causam. Quod autem aliquis se iactet quasi ex hoc ipso delectatus, est quoddam vanum, ut Philo. dicit. Vnde reducitur ad mendacium iocosum, nisi forte hoc diuine dilectioni præferret, ut propter hoc Dei præcepta contemneret. Sic enim esset contra charitatem Dei, in quo sola mens nostra debet quiescere, sicut in ultimo fine. Videtur autem ad mendacium officiosum pertinere, cū aliquis ad hoc se iactat, ut gloriam, uel lucrum acquirat, dummodo hoc sit sine damno aliorum: quia hoc iam pertineret ad mendacium perniciosum.

¶ Ad hoc dicitur, qd doctrina præsentis articuli est sufficiens, nec aliquid prætermisit opportunum. Nam quod aliquis iactet se de peccato malo, non est actio ista iactantiæ uitij; sed inanis gloriæ, iuxta illud Psalmi; Quid gloriaris in malitia? Iactantia enim mendacium exigit: quoniam species non est separabilis a suo genere. Inanis autem gloria non requirit mendacium. Similiter, quod iactet se quis cum ueritate medicum, aut confessorem &c. animo nocendi, aut ex superbia, & huiusmodi, non est actus iste iactantiæ uitij, sed superbie, aut iniustitiæ, aut sacrilegij, aut luxurizæ, & huiusmodi, iuxta naturam uitij imperantis hanc manifestationem ueri. Quando autem aliquis iactat se de malo, quod non fecit, hic ueræ iactantiæ actus est, habens mendacium perniciosum, pro quanto seipsum infamat. Et quoniam talis iactator accipit malum sub ratione boni, & differt nihil bonum, uel apparet bonum, ut dicitur in 2. Physicor. ideo non ad ironiam, quæ declinationem a bono, sed ad iactantiam, quæ excessum in bono uero, uel apparenti dicit, talis loquutio spectat.

Nec prætermittenda est ab authore, sed comprehensa est in secundo casu, in quo iactator profert aliquid contra charitatem proximi. Scripsum enim cum sit, Diliges proximum tuum sicut teipsum, sub charitate proximi præmittitur charitas sui ipsius.

Li. 4. cap. 7. a med. to. 5.

Li. 4. Ethic. ca. 7. parã a med. to. 5.

